



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē**

**Barbosa, Agostinho**

**Lipsiæ, 1697**

Cap. XXXVII. De Loco publico.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

*l. 2. in pr. ff. de relig. cum non integer ager circa sepulchrum, sed saltem locus in quo corpus humanum est religiosus dicatur. l. ad c. 73. ff. de contr. empr. quia locus non hominem, sed homo locus sanctificet. cap. illud. distinct. 40. Gylman. 4. i. vol. 30. num. 76.*

II.

Locus est solennitas instrumenti requisita. Jacob Puteus lib. 1. decis. 336. num. 31. Alex. in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de operis nov. nunc. Bald. inc. 1. col. 3. vers. quarto requiritur. de fid. instr. Bart. in l. si quis argentarius. §. si initium. num. 26. ff. de edend. Capell. Tholof. decis. 492. in princ. Ratio, ne scilicet pars privetur defensione contra falsitatem si fieret, per l. optimam 4. C. de commit. stipul.

Amplia, quod procedat non solum in accusatione quando agitur de crimine, sive civiliter sive criminaliter. Bart. in l. viro. num. 6. ff. de solut. matr. sed etiam in eo, quod nec consuetudo valeat in contrarium, si disponat ut locus non apponatur, Steph. Aufrer. post decis. Capell. Tholof. 492. n. 2. Covar. pract. quæst. tom. 2. cap. 20. n. 3. Mascard. concl. 4. n. 24.

Limita, obtinere in his tantum, ubi Lex vel consuetudo certum locum exigit. Mascard. d. loc. Felin. in cap. 1. de fid. instr. ubi enim certæ solennitates exprimendæ, ex statuto locus specificandus erit. Roland. à Vall. consil. 33. per tot. lib. 3. vid. latè apud Honthem. 2. de art. Notar. cap. 3. per tot. Loci tamen omisio non vitiat, si locus tacite fuisset repetitus. Bart. in l. si quis. §. finitium. ff. de edend. n. 27.

III.

Locus contractus semper est requirendus, ubi sit celebratus; ratio, quia is semper inspicitur. Ampliatur ut non tantum procedat in contractibus, sed & ultimis voluntatibus. vid. l. si fundus. 6. de Evis. l. semper in stipulationibus. 36. de R. I. Godazin. cons. 49. numer. 14. Hinc, qui fuit incolæ tempore contractus cum civitate initi, pro debito Civitatis conveniri potest, etsi post in alio loco habitet. Hodie & hi, qui tempore Contractus nondum erant cives, oneribus Civitatis subjiuntur. Perez. C. de Incol. n. 21. seq.

IV.

Ubi aliquid reperitur, ad eundem locum pertinere censetur. e. g. Navis in Tiberi reperta Tiberina præsumitur. Hinc dominus territorii fundatam habet intentionem quoad res & personas in suo territorio repertas. Brunnem. ad l. un. C. de Nautis Tiberin.

V.

Gravius delinquit, graviusque puniendus est, qui in loco, ex quo impunitatem fortè speravit, deliquit, quam qui alibi. cap. fin. X. de Immunit. Eccles. Brunnem. ad l. 2. C. de spectacul. & scenic. Desertor in urbe repertus capite plectitur, qui a libi apprehensus in militia restitui potest. Perez. C. de Desertor. n. 3.

VI.

A locis sacris imagines profanæ sunt arcendæ, & persona turpis potest compelli, ut ex loco ho-

nesto vel religioso in alium se conferat. Brunnem. ad l. 4. C. de spectacul. & scen.

VII.

Ex locorum diversitate nondum inducitur diversitas juris. Brunnem. ad l. un. C. de Colon. Palessin. n. 1. Qui autem ultra locum solitum compellitur præstare transvectionem vel alia munera, ille justam habet recusandi servitii causam & mutatione loci sæpius inducitur gravamen. Brunnem. ad l. 2. C. de Privil. Domus Augustæ in fin.

VIII.

Locum exemptum esse vel non esse de territorio, sunt paria. cap. cum Episcopis de offic. ord. in 6. Jason. in l. ult. num. 5. de Jurisdic. Johan. Andr. in cap. de constit. in 6. Angel. cons. 233. quadam. Calcan. cons. 13. contra. n. 1. de for. compet. Anchar. cap. si propter debita circa fin. de rescript. in 6. Wefenb. 1. cons. 30. n. 17. cons. 33. n. 20. & cons. 37. n. 10.

CAP. XXXVII.  
De Loco publico.

Axioma I.

Quoties quis prohibetur uti jure seu loco publico, toties habet actionem injuriarum l. injurias 13. §. fin. ff. de Injur. quia injuria infertur illi, cui prohibetur id, ad quod omnibus aditus patet. Ita ergo qui uti prohibet aqua profluente, via publica &c. tenetur actione injuriarum. l. 11. C. de servit.

Limita: nisi (1.) quis in quasi possessione illius juris extiterit, sic enim alium prohibere & interdicto uti possidetis agere potest. (2.) nisi quis id prohibeatur uti publico, quia eo sine incommodo publico uti nequit.

II.

Quoties quis publico uti potest sine incommodo publico, toties non est prohibendus, quia publicorum usus omnibus est communis. Hinc igitur aquam ducere licet ex flumine publico, v. g. ad pratum & agrum irrigandum, modò per illud usus navigandi non fiat deterior. l. 1. pr. ff. de flumin.

CAP. XXXVIII.  
Locutio.

Axioma I.

Locutio generalis intelligitur secundum determinationem sequentem. l. si servus. §. fin. ff. de legat. 1. l. quisquis 95. ubi Bart. §. 1. ff. de leg. §. l. quoties. 10. C. famil. herisc. Alex. cons. 77. num. 3. vol. Dec. cons. 3. n. 2.

II.

Locutio generalis extendi debet ad ea, quæ salva proprietate recti sermonis comprehendendi possunt. l. pluribus 6. de accept. Bart. & Dd. in l. Lucius. §. emptor. de pac. l. Aurelio. §. Gajus de liber. leg. l. si de certa 13. C. de transact. Alex. cons. 11. visò. n. 9. & cons. 15. vol. 2. Paris. cons. 20. num. 78. vol. 1. quapropter quando investitura est